



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XVI. Markgraf Ludwig überläßt die Münze zu Kyritz Stendalschen Bürgern auf 12 Jahre, im J. 1443.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

XVI. Markgraf Ludwig überläßt die Münze zu Kyritz Stendalschen Bürgern auf 12 Jahre,
im J. 1443.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., contulimus, presentibus conferimus discretis viris Conrado hiddin, Engelberto filio suo, nycolao guntheri, nycolao bismarg, heyfoni valkoni, beringero & hogero filiis eius et hogero patruo suo, ciuitatis stendal ciuibus fidelibus nostris dilectis, manu coniuncta suisque veris et legitimis heredibus monetam ciuitatis nostre kyritz, postquam a festo beati jacobi proxime uenientis XIII^{or} anni continue subsequentes exspirauerint, ex tunc eandem monetam sub modis, formis, iuribus, condicionibus, gratiis, honoribus, quibus predecessores suorum hactenus tenuerunt et rexerunt et possederunt, in antea XII annis continue subsequentibus quiete et pacifice tenendam, sine impedimento quolibet possidendam pariter et regendam, Etiam sub conditionibus sequentibus tenendam, videlicet quod queuis marca subsistat in puritate per vnus lotonis et quatuor denariorum defectum, et quod XXVIII solidi denariorum brandenburg. et quatuor denarii debent marcam in pondere continere. Cumque antiqui denarii prohibentur, extunc per illum annum nullus emere debet cum eisdem, sed cum denariis nouis emere debent omnes. Nouorum quoque denariorum ante festum beati Jacobi octo dies tempus erit. Item si denariis ditorum monetariorum varam decreuimus adhibere, hanc nusquam quam in eorum fabrica vel in eorundem camporum asserere faciemus; quod si alias denarii inventi fuerint non datui, per hoc monetarii nostri prenotati nullatenus respondere tenebuntur, sed immunes et indempnes erunt ab excessibus ceterorum; et qui inter ipsos solus deliquerit, solus sibi gratiam commendabit. Volumus etiam purificare aut denarios cambire, absque ditorum monetariorum nostrorum plenaria voluntate, sed solummodo aurifabri argentum cremabunt, quantum indigeantur ad operandum. Et si aliquis aliquem de dictis nostris monetariis ab hac luce medio tempore migrare contingeret, ipsius legitimis heredibus vel amicis propinquis firma debemus tenere hec omnia prenotata. Inhibemus etiam sub pena et corporis, ne quis cristianus vel iudeus denarios graues vel leues eliciat vel eligat per aliquam libram vel instrumentum, quod segger dicitur, vel instrumentum aliud qualecunque, statuentes, quod quicumque comprehenditur talia comittere, deprehendens quartam partem tollat de emenda excessus eius, et ciuitas, in qua deprehensus fuerit, quartam partem, duos mediam partem nostris vibus reseruamus. Nullus eciam prenotatis nostris monetariis varam inferre presumat, sine nostro consensu certo, benivolo seu expresso. in quorum testimonium etc. Testes — — deke, swarzburg, wamprecht, pincerna, lochen helbe, hartmager, milites, et g. wolf ceteri. Datum stendal, anno domini M^o CCC^o XLIII, die dominica intra festum b. francisci.

Nach dem Leipz. Copialbuch der Vogtei Havelberg, Bl. 17. 18. Nr. XLVIII.

XVII. Markgraf Ludwig verzeignet dem in der Pfarrkirche zu Kyritz gegründeten Marien Altare
Hebungsrechte in Karinsow, im J. 1344.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc. providentes salutare remedium animarum magnificorum